

Band VII., Nr. 2518, Seite 379-380

Jakob Manstok von Ravensburg verkauft dem Abt Heinrich und Konvent von Weißenau seine Äcker und Besitzungen zu Opfenwang.

Ravensburg, 1275. Juli 17.

Universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus Jacobus Manstocus de Ravensburc notitiam rei geste. Cupiditatis vias doli fraudes ac litigandi materiam, que temporis diuturnitas excitat et inducit, meis affectans precludere successoribus presentem etatem nosce nec futuram ignorare posteritatem desidero, quod ego de consensu et voluntate fratris mei . . . monachi de Wintgarton nec non domine G. uxoris mee omniumque puerorum meorum agros et possessiones meas in Opfenwanc¹ cum quibuslibet suis attinentiis et agros, in quibus matri mee teneor succedere, conventui Minoris Augie iusto emptionis dedi titulo pro argenti marcis quatuordecim ad emendum, ipsas ad manus domini H[einrici] abbatis nomine monasterii una cum dicto fratre meo uxore simulque meis pueris omnibus doctis verbis conferentes, ad interesse nos et ad dampnorum refusionem obligantes, si quam evictionem legitimam patiat in posterum in eisdem. Consobrinus quoque meus H[einricus] dictus Scade, in cuius manus dictas possessiones ad manutenendum sorori sue uxori mee contuleram, presentibus militibus honestis Hil[tebrando] de Molbrechteshus, Bur[cardo] de Hunbrechtesreit et Wielinis² ambobus apud Walse fratri Dietrico nomine monasterii ad meam instantiam tradidit et donavit, quibuslibet actionibus repetitionibus exceptionibus in genere et specie et exceptionibus non numerate peccunie nec non viis quibuslibet, que ipsam venditionem irritari revocare aut impedire possent, renuntiantes per presens publice instrumentum. Huius rei testes sunt: Ny[colaus] decanus in Ravensburc, Fr[idericus] Stabelinus sacerdos, Herbortus notarius, Bur[cardus] rector ecclesie in Gailenhoven, Bur[cardus] miles de Tobel, Wern[herus] de Oberhoven, H[einricus] frater eiusdem, Rû[dolfus] de Reithusen, H[einricus] advocatus de Sumerowe, H[einricus] Wolfeggar, Her[mannus] Regenolt, H[einricus] Thelonarius, Diето, C. Salzelin, M. custos Augie et frater H. villicus et alii quam plures. Pro cuius facti testimonio presens scriptum sigillo universitatis in Ravensburc communitum, cum proprium non haberem, nominato conventui ad evidens indicium contuli et cautelam.

Actum apud Ravensburc, anno domini millesimo CCLXXV., XVI. kalendas Augusti, indictione III., in strata publica ante portam domus et curie mee.

¹Flur bei Weißenau.

²Von Michelwinnaden.



Der Textabdruck folgt dem Original.

An weißen Leinenfäden das Siegel der Stadt Ravensburg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2175 (WUB, Bd. VII, S. 117).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 523 U 507

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ravensburg

Ortsindex:

Bad Waldsee Wohnplatz (18837)

Bad Waldsee, RV

Gornhofen Wohnplatz (20056)

Gornhofen, Ravensburg, RV

Hummertsried Wohnplatz (17202)

Hummertsried, Eberhardzell, BC

Kleintobel Wohnplatz (19237)

Kleintobel, Berg, RV

Michelwinnaden Wohnplatz (18868)

Michelwinnaden, Bad Waldsee, RV

Molpertshaus Wohnplatz (20620)

Molpertshaus, Wolfegg, RV

Oberhofen Wohnplatz (20109)

Oberhofen, Ravensburg, RV

Ravensburg Wohnplatz (20120)

Ravensburg, RV

Riedhausen Wohnplatz (20175)

IV

Riedhausen, RV

Summerau Wohnplatz (18136)

Summerau, Neukirch, FN

Weingarten Wohnplatz (20565)

Weingarten, RV

Weißenu Wohnplatz (20163)

Weißenu, Ravensburg, RV